

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Politische Urkunden von 1266 bis 1332

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1886

1305 - 1306

[urn:nbn:de:bsz:31-326704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326704)

etiam Johannes et Agnes predicti auctoritate Willermi mariti ejusdem Agnetis, si
 alicue littere super eodem debito habeantur vel imposterum reperiantur, quod ille
 sint extincte et careant omni robore firmitatis. preterea constitutus coram nobis
 Colinus dictus Merkolz civis Metensis recognovit et confessus est, se recepisse a
 5 magistro civium et consulibus civitatis Argentinensis quinquaginta quinque marcas
 argenti puri et legalis ponderis ejusdem civitatis, in quibus iidem cives Argentinenses
 Bouzardo civi quondam Metensi fuerant obligati, et quod dictum argentum sibi sit
 ponderatum traditum et solutum, quittans et absolvens cives Argentinenses predictos
 10 dampno, si quod excrevit in eodem debito, sine dolo, faciens etiam Colinus predictus
 civibus Argentinensibus pro se et omnibus jus habere volentibus in argento predicto
 plenam et expressam refutationem de ulterius non petendo debitum antedictum vel
 aliquod dampnum subsecutum exinde. preterea Colinus predictus promisit sollempniter
 coram nobis, si aliquis civis Metensis jus habere volens in debito principali predicto
 15 vel in dampno, si quod excrevisset in eodem, occasione dicti argenti seu debiti vel
 dampni predicti aliquem de concivibus Argentinensibus in iudicium traheret vel per
 iudicium alicujus civis Argentinensis personam vel bona arrestaret vel arrestari
 procuraret, quod hoc suis sumptibus et expensis tollere debeat et detentum seu
 arrestatum sublevare ab omni dampno. et de hoc se et omnes heredes suos princi-
 20 pales constituit debitores et constituit per presentes ita tamen, quod impediens seu
 arrestans cives Argentinenses seu eorum bona cum Colino predicto et ejus heredibus
 diem placiti observare et justitiam tenere velit sine dampno, volens etiam Colinus
 predictus, si alicue littere super eodem debito habeantur vel imposterum reperiantur,
 quod ille sint extincte et careant omni robore firmitatis. in premissorum omnium
 25 evidentiam et testimonium veritatis presentes litteras sigillis nostris jussimus et
 mandavimus sigillari. actum et datum anno dominice incarnationis 1305 mense
 septembris.

*S aus Straßb. St. A. Versch. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 17 or. mb. c. 4 sig. pend., quorum
 2 delapsa, 2 laesa. Dorsualnotiz von einer Hand des 15. Jahrhunderts quittancie von
 30 Metze.*

*252. Sechs genannte rheinische Ritter verbürgen sich der Stadt Straßburg für
 die mit Johannes Kellershals von Trechtlingshausen über die Beraubung von
 Straßburger Bürgern geschlossene Sühne. 1306 Januar 18.*

Nos Johannes Marschalcus de Waldecke, Stephanus et Thilmannus dictus de
 35 Borgdor milites de Lorche, Wilhelmus dictus Ruze de Inglenheim, Johannes dictus
 Vos et Henricus frater suus de Dypach milites recognoscimus et ad universorum
 tam presentium quam futurorum noticiam cupimus pervenire, quod, cum prudentes
 viri . . magistri . . consules ac universitas civium Argentinensium super quibusdam
 bonis Johanni dicto Hozzelere suisque sociis et collegis ac quibusdam aliis civibus
 40 Argentinensibus, ut dicti cives asserunt, ablati Johannem dictum Kellershals de
 Tregtingeshusen armigerum coram strennuo viro domino Petro milite dicto de Lorz-